

1530. id: 2. Jbris.

iii fallor.

Petrus Tomicki Episcopus Craco:
viensis, Vicecancellarius
Cardinali Sanctorum Quatuor.

Reverendissime in Christo Pater et Do:
mine domine honorande, salutem et hu:
mitem servitutis mee commendationem.

Cum allatum esset in ducatu Lithua:
nie ubi majestas domini mei nunc
est de Jacobi Schutz obitu, qui Rome
in Curia Sanctissimi Domini multos annos
versabatur. Scripsit ad me Majestas sua
litteras jubens et mandans, quo Dominatio:
nem vestram reverendissimam, meis hinc
ceterioribus litteris facerem certiore,
velle paulo post suam majestatem sup:
plicare Sanctissimo domino nostro, ut sa:
cerdotia ejusdem Jacobi defuncti, eis quos
Majestas sua nominaverit, conservan:
tur. Si quidem ille istis velut sollicita:
tor, et negotium gestor majestatis sue
et subditorum ejus sit mortuus.

Sanctissimus vero Dominus soleat equè
gratiore de ejusmodi personarum sacerdotijs
pro postulatis Principum, quorum subdi:
ti erant providere, ut ex illorum sacer:
dotijs providet et cedit ad optata reve:
rendissimorum Dominorum Cardinalium:
qui sui familiares quandoque habeban:
tur, quare ego Dominatorem Vestrum

BIBLIOTEKI PELAWSKIEJ
XX. CZANTOJEYSKICH.

reverendif
P

1530

reverendissimam mandato domini mei ita
de hac re certiore facio, et plurimum
rogo; ut interea, quod afferentur Sanctis-
simo Domino et dominationi Vestre Ma-
jesticissime Majestatis sue litera rem
hanc apud Sanctissimum Dominum nostrum
curet et suspendat, ne de ijs sacerdotijs,
si forte cui nobis Majestas sua confer-
rentur, aliqua deinde contentio oriatur,
tametsi contra Majestatis sue volunta-
tem omnium conatus vanos et inutiles
De hac re puto futuros, dominatio tamen
Vestra reverendissima regie Majestatis
voluntatem, prout alias optime et di-
ligenter solet tutari et promoveri di-
gnabitur, quod proculdubio illius Ma-
jestas benevolentissima sua regia gra-
tificatione refert Dominationi Vestra
reverendissima, cuius ego benevolentie et
amori me plurimum commendo, feli-
cissimamque esse et diutissime inco-
lumem vehementer desidero. Datum
Cracovia Die Secunda Septembris. S. C.